

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Antichristus m  
cum fonte primo

Non prius ueniet Christus quam regni Romani  
defectio fiat et appareat antichristus  
qui interficiet sanctos, reddita Romanis libertate  
sub suo tamen nomine.

Ambrosius super illud II. Thessalonicenses II.:  
Nisi uenerit discessio primum.

sed ut locum aut occasionem fallendi, quam se  
putat habere, non habeat impudentissimus satanas,  
tempus et signa adventus domini designavit, quia  
non prius veniet dominus, quam regni Romani  
defectio fiat et [ante] appareat Antichristus,  
qui interficiet sanctos, reddita Romanis libertate,  
sub suo tamen nomine.

Ambrosiaster, *In epistola Pauli ad  
Thessalonicenses secunda*, 2.4.2 (CSEL 81.3, H.I.  
Vogels ed., p.239, ll.15-20).